Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

luptatis tue potabis eos. Quoniam
apud te est fons vite: et in lumine
tuo videbimus lumen. Pro: et effude
misericordiam tuam scientibus te: et iustitiam
tuam his qui recto sunt corde. Non
veniat mihi pes superbie: et manus
peccatoris non moveat me. Ibi ce
ciderunt qui operantur iniquitatem.
expulsi sunt nec potuerunt stare.
A. Expugna impugnantes me. A. Revela de.
Noli emulari in malignantibus:
neque zelaveris facientes iniq
tatem. Quoniam tamquam fenum
velociter arescent: et quasi oleum
olera virentia cito decident. Spera
in domino et fac bonitatem: et habita
terram et pasceris in divitiis eius. De
lectare in domino: et dabit tibi peti
tiones cordis tui. Revela domino
viam tuam: et spera in eo et ipse fa
ciet. Et educet quasi lumen iustitiam
tuam: et iudicium tuum tamquam me
ridiem. Subditus esto domino et ora eum.
Noli emulari eo qui proficit
in via sua: in homine facente in
iustitias. Desine ab ira et relinq
furorem: noli emulari ut malig
neris. Quoniam qui malignan
tur exterminabuntur: sustinentes au
tem dominum ipsi hereditabunt terram.
Et
adhuc pusillum et non erit peccator.
et quaeres locum eius et non invenies.
Mansuetii autem hereditabunt
terram: et delectabuntur in multitu
dine pacis. Observabit peccator iusti
et stridebit super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit eum:
quoniam prospicit quod veniet dies eius.
Gladium evaginaverunt peccatores:
intenderunt arcum suum.
Ut deci
piant pauperem et egenum: ut trucident
dant vos corde. Gladius eorum
intret in corda ipsorum: et arcus eorum
confringatur. Melius est modicum
iusto: super divitias peccatorum multas.
Quia brachia peccatorum conterentur:
confirmat autem iustos dominus.
Novit dominus dies immaculatorum:
hereditas eorum in eternum erit. Non
confundentur in tempore malo: et in
diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt.
Inimici vero domini
mori ut honorificati fuerint et exalta
ti: deficientes quasi adipem fu
mus deficient. Mutuabit peccator et
non solvet: iustus autem miserebitur
et tribuet. Quia benedicentes ei
hereditabunt terram: maledicentes
autem ei disperibunt. A domino
gressus hominis dirigitur: et via
eius volet. Cum ceciderit non col
lidetur: quia dominus subponit manum
suam. Iuvenis fui etenim senui et
non vidi iustum derelictum: nec se
men eius quaerens panem. Tota
die miseretur et commodat: et semen
eius in benedictione erit. Declina
a malo et fac bonum: et habita in sae
culum saeculi. Quia dominus amat iudicium.
et non derelinquet sanctos suos: nec
in aeternum conservabuntur. Iniusti
punientur: et semen impiorum perbit.
Iusti autem hereditabunt terram:
et inhabitabunt in saecula saeculi super eam.
Os iusti meditabitur sapientiam: et
lingua eius loquetur iudicium.
Lex dei eius in corde ipsius: et
non supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustum: et quaerit
mortificare eum. Dominus autem
non derelinquet eum in manibus eius
nec damnabit eum cum iudicabitur